



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 85. Decretum de immaculata Conceptione Beatæ Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

A.C 1439.

§. LXXXV.

*Decretum de Immaculata Conceptione
B. Virginis.**Labbe Conc.
to. 13. p. 622*

In hoc Decreto declararunt, doctrinam de
immaculata Conceptione Beatæ Virginis
tanquam *piam, & consonam cultui Ecclesi-
astico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & se-
cræ Scripturæ ab omnibus Catholicis ap-
probendam esse, tenendam, & amplectendam,
nullique de cetero licitum fore in contrarium
prædicare, vel docere; eandem vero celebri-
tatem octavo Decembris die in omnibus Ec-
clesiis ex antiqua & laudabili consuetudine
Romane Ecclesiæ festivis laudibus cele-
brandam; Officium vero divinum de eodem
festo a Joanne de Segovia concinnatum
decantandum. Præterea concessæ fuerunt
indulgentiæ hoc festum celebraturis.
Abs dubio hoc Decretum juxta relatio-
nem a Cardinale Arelatensi traditam*

condi-

(*) Intempestive prorsus hæc verba ob-
trudit Continuator veluti huic decreto inserta,
ac quasi Segoviensi rebellium Basileensium
fautori in acceptis referre deberemus hujus
festi Officium, cum tamen illud partim a Leo-
nardo de Nogarellis, partim, ut hodie canitur,
a Bernardino de Bustis compositum. & a Six-
to IV.

conditum est; huic enim Concilium jam Sæcul. XV.
 die vigesima tertia Maji Anno Christi mille- A. C. 1439.
 fimo quadringentesimo trigesimo quinto Spond. ad.
 injunxerat, ut per omnes Bibliothecas at- an. 1435. n. 12
 que Archivia quoscunque libros, scripta,
 & decisiones in hac materia factas, per-
 quirendas atque extrahendas, & ad Sy-
 nodum deferendas curet. Nihilominus
 Basileense hoc Decretum gravissimis con-
 tentionibus ansam præbuit. Tota diffi-
 cultatis summa in sequentibus vertitur
 quæstionibus, scilicet, utrum Basileensis
 Synodus tempore, quo illud condiderat
 Decretum, legitima atque Oecumenica
 fuerit, & an sententiam de immaculata
 Conceptione tanquam fidei Articulum
 propo-

to IV. recognitum & approbatum noscamus.
 Nec putandum Basileensibus hujus festivitatis
 gloriam tribui, non enim ob eorum de-
 cretum instituta est hujusmodi celebritas, sed ob
 antiquam Ecclesiæ Romanæ consuetudinem,
 quam summi Pontifices conservandam judica-
 runt, ut observat Binnius, Spondanus & alii.
 Denique quodnam robur Veneratio immacula-
 tæ Conceptionis ab hoc Decreto accepisse
 credatur, quod a spurio & acephalo concilia-
 bulo emanavit, quodque propterea nuper ex
 tomis Generalium Synodorum Romæ editarum
 expunctum est.

Secul. XV. proponere intenderit, vel duntaxat tamquam doctrinam piam. Et quod ultimum etiam vero similis esse videtur: cum Concilii Tridentini Patres de hac quæstione nihil definiendum censuerint. Hac quoque mente omnes Doctores, & Parisiensis Facultatis Baccalaureos coram tota facultate sacramento ad defendendam immaculatam Virginis conceptionem se obstringere existimo, Decano sic interrogante: *Jurabitis, quod tenebitis determinationem Facultatis de Conceptione Immaculatæ Virginis Mariæ, scilicet, quod in sua Conceptione præservata fuit ab originali labe*: Respondetque Doctor aut Baccalaureus, *Juro*.

§. LXXXVI.

Responsio Basileensium ad Eugenii Papæ decretum.

Conc. gen. Labb. to. 12. in epist. Synod. n. 15. p. 765.

Porro nec ad acerbum Eugenii Papæ decretum obmutescabant Basileenses, sed apologia contra illud, quod itidem non nisi investivam appellabant, adorta ostendere nitebantur, propositiones a se definitas esse veras, ac jure Eugenium Papam, quem identidem non nisi Gabrielem vocabant, exauctoratum. Cumque Eugenius ad enervandam Constantiensis Concilii auctoritatem eisdem exprobrasset, quod illius decreta de Superioritate